

Feierl. Prof.: 8. IX. Fr. Alberich Reimond.

Auszeichnung: Abt Stephan erhielt am 3. Juni das Comthurkreuz des kais. österr. Franz-Josefs-Ordens.

Ernennung: P. Benedict Hammerl z. Coop. excurr. nach Schweiggers, P. Franz Prinz zum Coop. in Windigsteig

Gestorben: 29. IX. P. Andreas Fraberger. Subprior, Director der Cleriker, em. Pf., Jubelpriester, im 79. Lj., 7. X. P. Alphons Anibas, Coop. in Windigsteig, im 28. Lj.

Personalstand Ende 1890: 39 Priester, 7 Cleriker, 1 Noviz.
Summa 47.

Verschiedene Nachrichten.

Am 27. I. starb P. Dominik Mentilli, geb. 1818 zu Breitenbach, Ct. Solothurn, Prof. des aufgehobenen Klosters St. Urban.

Der hl. Vater hat das im J. 1844 wiederhergestellte Kloster Val-Dieu (Gotts-Dael) zur Abtei erhoben und den hochw. Herrn Andreas Beeris (seit 1857 Prior) zum Abte ernannt.

D. Cistercienserinen.

Mariastern bei Hohenweiler (D. Brixen) seit 1861, früher in der Schweiz. Prof. 5. VIII. Agatha Dold.

Personalstand Ende 1890: 1 Abtissin, 18 Chorfrauen, 2 Novizen, 10 Laienschwestern. Summa 31.

Mariastern (Lausitz) gegr. 1248 durch Bernhard von Camenz, Bischof v. Meissen.

Personalstand Ende 1890: 1 Abtissin, 41 Chorfrauen, 7 Laienschwestern. Summa 49.

Marienthal (Lausitz) gegr. 1234, von Kunigunde, Königin von Böhmen.

Personalstand Ende 1890: 1 Abtissin, 35 Chorfrauen, 1 Novize, 6 Laienschwestern, 2 Laienschw.-Novizen. Summa 45

St. Paul Appian. (D. Trient.)

Personalstand Ende 1890: 10 Chorfrauen, 1 Chorschwester, 12 Laienschwestern, 1 Postulantin. Summa 27.

Saeben. (D. Trient.)

Personalstand Ende 1890: 1 Abtissin, 37 Chorfrauen, 20 Laienschwestern, 1 Novize, 1 Postulantin. Summa 60.

Matteo Ronto.

Von P. Otto Grillnberger, Ord. Cist. in Wilhering.

(Schluss zu Heft I. d. J. S. 17—28.)

(III, 6.)

Omne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu:
Unus enim pater est,
Unus cuncta ministrat.

Hoc metrum est bifarium. Primum est trimetrum et ultra pedes habet in fine syllabam superhabundantem. Primus pes et secundus sunt dactili, tertius est spondeus. In fine est syllaba superhabundans. Et scanditur sic:

Omne homi|num genus | in ter|ris.

Potest etiam recipere in primo pede et in secundo spondeum et in tertio dactilum, ut patet inferius. Secundus versus est etiam trium pedum sine syllaba superhabundante in fine. Primus pes eius potest esse anapestus, secundus pes dactilus, tertius et ultimus nunc spondeus et nunc trocheus. Et scanditur sic:

Simili | surgit ab | ortu.

Potest etiam habere in primo pede spondeum pro anapesto. Et scanditur sic:

Unus | cunta mi|nistrat,
sicut pherecratius.

(III, 8.)

Heu quam miseros tramite deuo
Abducit ignorantia.
Non aurum in viridi queritis arbore
Nec vite gemmas carpitis,
Non altis laqueos montibus abditis,
Ut pisce ditetis dapes.

Hoc metrum est bifarium. Primum enim metrum est asclepiadum. Sequens est archilogicum.¹⁾ De asclepiado prebui expeditam doctrinam superius. Itaque non est opus, ut hic de ipso ulterius dicam. Sed de archilógico hec edam. Secundus versus, qui archilogicus est, est trium pedum cum syllaba superhabundante ante ultimum pedem. Recipit enim in primo pede sui spondeum, in secundo iambum. Inde est syllaba superhabundans. In ultimo, id est tertio pede, recipit dactilum. Et scanditur sic:

Abdu|cit igno|rantia.
Nec vi|te gem|mas | carpitis.

Recipit etiam in fine versus amphimacrum, sicut patet in hoc metro, scilicet:

Ut pisce ditetis dapes.

Et scanditur sic:

Ut pi|sce di|tetis dapes.

Et nota, quod illa interiectio, scilicet Heu, que est in principio primi versus asclepiadi, est dictio monosyllaba. Sed Boecius voluit ibi illam interiectionem bisyllabam facere per dieresin. Aliter scandi non posset.

¹⁾ Richtig: archilochicum.

Omnis preceptor, qui solet Boecium legitare scholaribus, dicat, conscribat et punctet hec metra invocationis Boecii eo situ, quo hic scripsi et probande punctaui, emendauit, etiam illum versum ab ignaris scriptoribus incorruptum, in quo edocte sic dixi:

Ronto: Mundum mente gerens simili sub imagine
formas.

Suum metrum sic ait Boecius:

Mundum mente gerens similique imagine formans.

Locoque posui sub:

(III, 9.)

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Celorum terreque sator qui tempus ab euo
Ire iubes stabilisque manens das cuncta moueri,
Quem non externe pepulerunt fingere cause
Materie fluitantis opus, verum insita summi
Forma boni liuore carens tu cuncta superno
Ducis ab exemplo: pulcrum pulcerrimus ipse
Mundum mente gerens simili sub imagine formans
Perfectasque iubes perfectum absoluere partes.

Nun begegnen uns Bll. 8^b—15^b Bemerkungen über Metrik, Weltalter, Psychologie und Chronologie, über hebräische Namen und das hebräische Alphabet, über Väter- und Bibelstellen, über die sieben Weisen Griechenlands, Grammatik und Rhetorik und 38 sogenannte Differenzialverse:

Fidus amas genitum, quoniam te fidus amabat.

Nos et amamus opes et amatis alacriter illas.

Tutus amare queo, qui me iocundus amaret.

Dum iuuenis mundo fueram, iam multa legebam,

Discipulos placidos animo letante docebam.

Difficiles legerem libros et magna docerem . . .

An sich ohne höhere Bedeutung, sind diese Erörterungen als Zeugnisse der vielseitigen Bildung unseres Schriftstellers nicht ohne Werth. Als Dichter erscheint er uns wieder Bll. 17^b—19^a:

Pectora remigio tonsorum tundite, Teuceri,

Transtraque podicibus crebris et linquite bellis

Ledere christicolas terras et lucis alumnos

Robur et Ausonie nolite lacessere contra

Vos Frigios. Id namque ¹⁾ potens est rebus et armis.

Italiam vis si qua furens hostilibus ulnis

Irruat, horribili demum sub sorte peribit.

Nulla potens soboles infert extrema ruinas,

Scilicet Italie sua ni seivissima proles.

¹⁾ nanque.

Talibus, o genitrix, genitis hilarescere, quantum
Tu potes. Instat eis potior nam nulla libido
Quam tibi perniciouser casus inferre diales.
Quo nisi cita michi vitam mors auferat egro,
Fiet ab invalido sene mesta tragedia Ronto,
Que tua fata canet rebois felicia threnis.¹⁾

*

Translatio in metrum hymni: Ave maris stella.²⁾

Alma dei genitrix et celi ianua felix,
Fulgida stella maris, virgo perennis ave.
Id ³⁾ Gabrielis ave que fortis ab ore tulisti,
Nos miseros funda pacis in arce rate.
Que celebranda parens mutasti nomen et Eue,
Tu mala nostra fuga, tu bona cuncta pete.
Vincula solve reis et profer lumina cecis
Matris et insinua te retinere statum.
Te mediante preces pro nobis ille capessat,
Qui tulit esse tuus natus in orbe deus.
Virgo super cunctos homines et mitis et alta,
Fac humiles, castos nos bene labe luens.
Da quoque purifice vite munimina nobis
Ac iter impavidum cruraque tuta para,
Ut genitum speculando tuum solemur in evum
Grataque letitie dona lucremur ibi.
Laus benedicta deo patri natoque supremo
Spiritus sancto sit tribus unus honor.

*

Nobile Dantis opus celebri virtute micantis
Leniter in metrum studui transferre latinum,
Illud ut Italie non solum gentibus altum
Funderet eloquium iocundi thematis, imo
Maxime christicolis aliis vescentibus evo.
Rhithimus Ausonie maternus ab omnibus orbis
Notus abest genitis, fieri sed metra latina
Nota queunt multis populis illustribus apte.
His igitur causis tantum cepisse laborem
Non renui, peramans hominum qui consto sub astris.
Clara satis genuit vatem Florentia Dantem,
Grecia sed fratrem peperit me Ronto Matheum
Vaticulum sciolum Venetique fuere parentes.

¹⁾ trennis.

²⁾ Darüber von gleicher Hd.: Hec per Matheum Ronto de insula Cretensi.

³⁾ Ad auf radiierter Stelle von späterer Hand.

Prosequar occipiens ternis in nomine Christi
Versibus istud opus cupiens deferre poete.
Nunc ego verba sequar, nunc sensum vatis, utrumque
Nunc quoque faxo libens, que nostra capedo rependet.
Non ego censuras ¹⁾ potero vitare per ullos
Editione modos in tanta, condere ²⁾ versus
Lege sub arguta quoniam me Musa coerceat.
Ergo meis fidibus non more canentibus acta
Divia sub solito digneris parcere, lector.
(Infern. III, 1—12.)

Me mediante sitam meroribus itur ad urbem,
Me vel ad eternos itur sumprice dolores,
Me duce tartareas ad gentes itur omissas.
Sacra meum movit factorem Astrea supernum,
Me patris fecit divina potentia, nati
Summa Minerva, sui quoque sancti flaminis ardor.
Nulla creata fuit res me velocius ante
Res eterna nisi; sed ego consisto perennis.
Linquite spes cuntas, mea vos qui regna subitis.
Hec ego scripta nigro conspexi verba colore
Pernicis in summo cuiusdam vertice porte.
Unde magister adest? Michi durus sensus eorum.
(Infern. XIII, 64—69.)

Liur edax meretrix, que nunquam torsit ab aula
Cesaris intuitus fedos, et publicâ parta
Et scelus aularum, rabies ac oblita virus
Conualuit cuntos animos me vertere contra.
Inde sed Augustum flammarunt taliter illi,
Letus ut in lacrimas honor sit conuersus acerbas.
(Infern. XVII, 1—3.)

¹⁾ cesuras.

²⁾ cedere. Die Lesarten censuras und condere bei Gori a. a. O., wo der ganze Prolog abgedruckt ist. Wenn er hier abermals veröffentlicht wird, so geschieht es, um denjenigen, welchen Goris Symbolae unzugänglich sind, ein Urtheil über die Worte Voigts, Die Wiederbelebung des classischen Alterthums, Berlin 1880, I², 384 zu ermöglichen: „Dante, Petrarca und Boccaccio waren im Ganzen zu Namen geworden, auf welche die eitlen Ciceronianer mit einer gewissen Geringschätzung herabsahen. Schon Petrarca verhehlte es kaum, dass er sich über Dante erhaben fühle: sein Volgare im grossen Lehrgedicht war ein unverzeihlicher Fehler und sein Latein ein barbarisches. Salutato, auf dem Kostnitzer Concil der Bischof Giovanni da Seravalle und nach ihm ein gewisser Matteo Ronto suchten den Fehler gut zu machen, indem sie die göttliche Comödie in lateinische Hexameter übertrugen.“ Von jenen Stellen aus der Danteübersetzung, welche D. Vendelli a. a. O. herausgegeben, sind in unserer Handschrift folgende enthalten: Inf. I, 1—9; Purg. I, 1—6; Parad. I, 1—3.

Ecce feram biplicem caudamque gestat acutam,
Que penetrat montes et muros rumpit et arma.
Hec est illa linens totum putredine mundum.

(Infern. XIX, 1—6.)

O Mage Simon, apex sceleris, miserique sequaces,
Que bona sacra dei probitate fruentibus almo
Iure dari debent, animo cupidoque rapaci
Ventribus illecebre pretio vos venditis auri.
Est opus unde, mei quod presens buccina clangat.
Namque tenet septum vos hoc cruciabile ternum.

(Infern. XXVI, 1—6.)

Exhilare, postquam, Florentia, tanta superstas,
Per mare, per terras quoniam tu discitis alas
Funditur atque tuum per partes non ven Averni.
Furibus applicitos inveni nomine claros
Quinque tuos cives his talibus, unde rubesco,
Tuque nec ex istis nimios ascendis honores.

(Infern. XXXII, 25—30.)

Dorsa suis tantum grossa haud procurribus egit
Hister in hiberna que dicitur Austria parte,
Ille sub arctoo Tanais nec cardine celi.
Stabat ibi quantum. Super ipsum namque gelatum
Si Tambernich ¹⁾ vel si Petrapana ruisset,
Non resonare crichi crepitum fecisset ibidem.

(Infern. XXXIII, 151—153.)

Heus homines iam varii, qui statis ab omni
More bono mundi ac omni quoque fraude referti,
Liminium vobis cur non perhibetur ab orbe?

(Parad. II, 1—6.)

Quos tenet ingenii, vos, parvula cimba legentes,
Auribus haurite hec cupidi dictanda. Venite
Retro meum carabum, qui transfretat alta canendo,
Et revidere citi vos littora vestra redite
Vos neque vos pelago concedite forte regentem
Meque omittentes ²⁾ reveretis ab ordine veri.

(Parad. XIII, 130—142.)

¹⁾ tambernis. In dem der lateinischen Uebersetzung beigegebenen italienischen Texte: tambernichi.

²⁾ omittens.

Non sit adhuc tutus nimium, qui iudicet ullus,
Sicut agit, stantes segetes qui sancit in agro,
Quam prius emineant mature sintque metende,
In gelido quoniam iam vidi tempore toto
Indere se prunum rigidam prius atque ferocem,
Inde supergestare rosas et germina summum
Et celerem vidi legiam rectamque Colonen
Iam per iter totum ipsius transcurrere pontum
Faucis in introitu fractam demumque perire.
Berta sed haud credat neque ser¹⁾ Martinus amicus,
Si videat istum furari offerre vel illum,
Illos consilium dignoscere numinis intra.
Decidere ille potest, valet hic nam surgere celse.
(Parad. XXVII, 121—138.)

O tibi mortales subigis que, seva cupido,
Taliter, ut mersos oculos sit²⁾ vellere compos
Nemo tuis luidis ex undis mergere. Tota
Mentibus humanis infloret et equa voluntas;
Sed bona pruna quidem convertit sedulus imber
In vacuos fructus et in irrita pruna medulla.
In pueris et pura fides, insontia solum
Comperiuntur; enim ipsarum post utraque virtus
Prefugit, ipsa pilis gena quam pubescat inermis.
Et bliatens quidam, sed adhuc ieiunat ephebus,
Postea³⁾ qui labiis ingurgitat inde solutis
Omne dapum genus et discrimine temporis absque,
Pusio sed bliatens quis diligit, audit amatam
Atque suam matrem, qui post cum fame sano
Sollicitat matrem votis et gemit humari.
His reprobis nunc cana modis fit pullaque pellis
Intuitu in primo genite pulchre cluentis,
Mane gerit solis qui sero reliquit et atrum.
(Parad. XXXIII, 1—21.)

Virgo parens et nata tui prefulgidi nati,
Virgo creaturas super omnes mitis et alta,
Consilii stabilis que terminus extas.
Illa manes, hominum per quam natura decore
Nobilitata fuit tali factura, quod auctor
Iam suus indignus fieri sua noluit esse.

¹⁾ Darüber von späterer Hd.: id est magister.

²⁾ est.

³⁾ Bosteo.

Luciferente tuo ac in ventre reconduit amor,
Cuius in eterna paradisi pace calore
Taliter iste rose flos iam pro germine crevit.
Fax ades hic nobis media precelsa diei
Fax et amoris ibi fragili fons vivus in orbe
Tuque spei resides miseris mortalibus ¹⁾ alte
Ac hera magna viges tantum tantique valoris,
Ille charisma velit quod qui non repetat ipse
Teque suum votum sine vult quod prouolet alis.
Virgo benigna tuum non tam succurris et illi,
Qui petit, auxilium, sed sepe petita precantis
Libera precurris faciens pregrata roganti.
Te colit et pietas, tecum clementia constat,
Sunt tibi magnifici mores in teque coacta
Nempe creature bonitas et quelibet omnis.

*

Hymnus de uiduis sanctis.

Cum ecclesia catholica Jesu Christi exigeret hymnum communem sacris mulieribus non virginibus assignari et nullus christicola iam peritus huiusmodi caritatem ipsis deflecteretur efficere velle sanctis, ego ipsarum sacrarum mulierum ardore permotus ad laudem atque decus illarum me obnixe deflexi subsequentem hymnum versu saphico et adonico fabricare. Et potest cani sub tono: Virginis proles opifexque matris vel sub tono: Iste confessor domini sacratus etc. Ergo in nomine domini nostri Jesu Christi sic moderne dicamus ad vespervas et matutinos:

Euge confratres, hilares canamus
Strenuos mores nitidamque vitam
Huius ac alme mulieris eque
Neumate pulchro.

Ista, dum vixit, famulata Christo
Perstitit ²⁾ semper documenta servans
Eius et iussus calido creantis
Corde peregit.

Hec ³⁾ fuit constans, animo meraci,
Jugiter ⁴⁾ prudens humilisque celebs,
Hec deum celi metuit tonantem
Femina sacra.

¹⁾ mortalis.

²⁾ Prestitit.

³⁾ Nec.

⁴⁾ Jugiterque.

Omniū iutrix inopum benigna
Degit et optans aliis feraces
Res suum corpus maceravit acri
Ipsa ducatu.

Eius ad sacrum veniens sepulerum
Quisquis egrotus fieri rogando
Corporis compos validi repente
Sanus abibat.

Ergo laudemus mulieris acta
Mira presentis sapido canore,
Ipsa pro nobis rogitans ut extet
Cunta regentem.

Gloriam patri tribuamus alto
Et suo celso genito vicissim,
Flamini sancto referente ritu ¹⁾
Tempus ad omne. Amen.

*

Ista prebebat faciem facetam,
Omnibus nullum referens inane
Verbulum misit, sapiens sed omne

Famen ²⁾ ab ore.

Sola persistens volitabat usque
Ad dei celos soliumque mente
Illa devota mulier supernum
Numen auendo.

Hec Jesum Christum dominum polorum
Sepe secretis lacrimis iacebat ³⁾
Pectus et tundens gemitus leuabat
Cordis ab imo.

Os suum sanctos recitabat hymnos
Dulce vel psalmos modulo prophete,
Rebus in mundi reliquis silebat
Infima spernens.

Ergo laudemus mulieris acta
Mira presentis sapido canore,
Ipsa pro nobis rogitans ut extet
Cunta regentem.

¹⁾ reuerenterit.

²⁾ Fameni.

³⁾ Vgl. Rontos Schrift über die Orthographie Bl. 32^b: Verbum neutrum absolutum potest regere casum accusatiuum ex vi verbi transitiui subintellecti.

Gloriam ¹⁾ patri tribuamus alto
Et suo celso genito vicissim,
Flamini sancto referente ritu
Tempus ad omne. Amen.

Hunc hymnum ad honorem gloriosi apostoli sancti Pauli versu saphico et adonico feriate composui. Tres primi versus sunt saphici, quartus vero adonicus in omni quaternario collocati. Potest dividi in tres partes id est ad vespervas,²⁾ ad matutinos et ad laudes, sicut Ut queant laxis resonare fibris, Antra deserti teneris sub annis, O nimis felix meri-
tique celsi.

*

Ut tibi gratum modulum canamus,
Qui tuas laudes recitet decenter,
Nos modo dignos facito, precamur,
Splendide Paule.

Tu Jesu ³⁾ Christi vocitatus hostis
Saulus extabas prius. Inde factus
Paulus es fidus sibi stans amicus
Corde meraci.

Ille te cudit Jesus altus imum
Christus. In terram ruis et supimus
Impos et cecis oculis moraris
Stratus ab illo.

Inde tu sanas acies resumis
Et fame lete comedis solutus,
Fluctibus sacre fidei lavaris
Maxime fulgens.

¹⁾ Gloria.

²⁾ vespervas.

³⁾ Jĕsus darf nicht auffallen. Vgl. W. Harster, *Novem vitae sanctorum metricae*, Leipzig 1887, IX ff.: „Rem metricam scriptores medii aevi saepe diligentius quam praecepta grammatica observasse constat, ut sexcenta foedissima, ut nobis videtur, menda grammatica non tam errori vel ignorantiae illorum poetarum quam nimiae subtilitati tribuenda sunt, qua legum metricarum ab antiquis poetis statutarum difficultates rimo et allitteratione, quae vocantur, ascitis ultro augebant. Accedit, quod haud pauci eorum elisionum vocalium caesurarum versus heroici semiseptenariam, versus spondaicos aut omnino aspernabantur aut perraro ipsi sibi concedebant. Quid mirum, si necessitate coacti, ut horum vinculorum onus paullulum sublevarent, in rebus grammaticis atque adeo in prosodicis ac metricis multa sibi sumebant? Quo spectant imprimis correptio longarum syllabarum praecipue in nominibus propriis vel vocabulis graecis, productio brevium maxime in arsi et caesura, rari hiatus, rariores synizeses et diaereses, alia huius generis;“ Alexander de Villa Dei, *Doctrinale* X, 6, 7:

Multotiens aliquas, quas tibi regula longas
Sive breves, metri gravitas cogit variari.

Vas es electum domini polorum
Doctor et gentis gradiensque prece
Predicas Christum miserum per orbem
Ore perito.

Raptus ad celum deicum fuisti
Atque migrator puero dedisti
Ipsius vitam, colubrum sed igni
Pendens edacem.

Publii patrem precibus calore
Liberas febris, gravibus flagellis
Plecteris, Christi retines honorem
Nulla timendo.

Et tui verbi documenta clara
Orbis illustrant populos fideles,
Militans fanum nitido decore
Iugiter ornant.

Naufragum ponto ferulisque cesum
Sporta te muros profugum per artos
Detulit passum tenebras atroces
Carceris atri.

Ille crudelis Nero Cesar anger
Efferus leti capitalis ense
Abstulit vitam tibi, sancte Paule,
Corporis equi.

Martir et tandem celebratus isti
Miles ad celi solium superni
Et tuis miris meritis ibidem
Utere perpes.

Tuque pro nobis nocuis rogato,
Qui deum tanto redimit nitore,
Teque dilectum pretiatur alte,
Paule benigne.

Gratias tibi referemus ergo,
Qui tuo tandem tribuit labori
Et gloriam Christi decus atque magnum
Tempore toto.

Qui nequit et secum consistere nescit amene,
Is strepitus hominum turbas undique querit,
Cum quibus ipse queat lingua guarrire loquaci.
Egreditur si mane domo, vix vespera furvens
Compos ad hospitium fit trudere sponte vagentem.
Hoc facit ignavus, de se fasidia solo
Qui capit, utiliter cum se nesciverit uti.

*

Muscipulam caveat ne mus citus incidat antrum;
Reticuli tensi caveat se piscis ab unco:
Est oculo nimium mentis prudenti vacandum,
Ne nova summergat malum iam cimba citatum.

*

Terribilis mors constat eis et noxia, quorum
Omnia cum vita pereunt deleta vicissim;
Non sed eis, quorum nequeunt preconia mergi,
His neque iam, quorum probitas sublimis humari¹⁾
Mundicolum poterit per tempora nulla bonorum.

*

Liminium nulla mundi captabit ab urbe,
Qui sibi pro patria totum iam contulit orbem.

*

Nescit Abel iustus fieri qui tempore multo,
Ille Chaini sufferre truce[m] non sciuerit apte.

Den Schluss der Wilheringer Sammlung bilden, wenn wir von der Erklärung hebräischer Namen (Bl. 85^b—87^a), die auf den hl. Hieronymus zurückgeht, absehen, zwei Schriften grammatischen Inhalts, viel zu umfangreich, als dass sie hier zum Abdruck gebracht werden könnten. Erstere (Bl. 19^a—27^a) beginnt mit den Versen des Phocas:

Ars mea multorum est, quos secula prisca tulerunt,
Sed noua te breuitas asserit esse meam . . .²⁾

und enthält eine Darstellung der lateinischen Formenlehre. Letztere (Bl. 29^a—85^b) nennt sich „orthographia“, umfasst jedoch viel mehr, als Titel vermuthen lässt; es wird nämlich so ziemlich alles, was wir gegenwärtig aus Lautlehre bezeichnen, in den Kreis der Untersuchung gezogen. Beide Werke bilden einen wichtigen Beitrag zur Kenntniss der lateinischen Grammatik zu Ausgang des Mittelalters. Dass sie gegenwärtig keinen praktischen, sondern nur historischen Werth haben, brauche ich kaum zu

¹⁾ amari von der gleichen Hd. in humari corrigiert.

²⁾ S. Keil, Grammat. Latin. V, 410.

bemerken. Damit soll jedoch kein Vorwurf ausgesprochen sein. Ronto war eben ein Kind seiner Zeit, und Jahrhunderten voranzueilen, ist nicht jedermann gegeben. Wenn aber die Gegenwart, die mehr als die Vergangenheit das bloss Historische zu schätzen weiss, es nicht verschmäht, mit pietätvoller Sorgfalt seine Zeitgenossen in der Erinnerung der späteren Geschlechter zu erhalten, so kann wohl unser Benedictiner als Gelehrter wie als Dichter auf gleiche Beachtung Anspruch erheben.

Päpstliche Approbation der Statuten für die weltlichen Oblaten des hl. Benedict.

Vor-Bemerkungen.

1. Seine Heiligkeit, der gegenwärtige Papst Leo XIII., geruhte die nachfolgenden Statuten für die weltlichen Oblaten des hl. Benedict gutzuheissen. Schon früher hatte Se. Heiligkeit am 4. Juni 1888 den Oblaten eigene Ablässe verliehen, und das Rituale für Einkleidung, Oblation (Profess), monatliche Versammlung und Oblations-Erneuerung, am 24. Juli 1888 approbirt. (Siehe „Studien“ Jahrgang IX, Heft IV, pag. 643 u. ff.)

2. Die approbirten Statuten sind dieselben, welche die „Studien“ (ebenfals Jahrg. IX, pag. 641) abgedruckt haben; nur hat der heilige Stuhl in den approbirten Statuten mit noch mehr Nachdruck den Oblaten empfohlen, dass sie dem Chorgebete der Mönche womöglich auch körperlich beiwohnen möchten und das tägliche pensum servitutis dahin verändert, dass jene Oblaten, welche weder das Brevier, die kleinen Tagzeiten der allerseligsten Jungfrau und Mutter Gottes beten, noch einem Theile des Chorgebetes beiwohnen, statt der Corona Domini den dritten Theil des Rosenkranzes, und im Verhinderungsfalle sieben Pater, Ave und Gloria statt sechs beten sollen. Endlich wird beigefügt, dass die Satzungen unter keiner, auch nicht lässlichen Sünde verpflichtet.

3. Die Guttheissung dieser Satzungen ist zunächst für die weltlichen Oblaten der cassinensischen Congregation pr. Obs. von Subiaco, und zwar auf zehn Jahre zur Probe gegeben worden. Verschiedene Aebte anderer Congregationen hatten den Wunsch geäussert, dass die Satzungen für den ganzen Benedictiner-Orden approbirt würden; der heilige Stuhl ging auf diesen Wunsch nicht ein, um nicht für Alle etwas vorzuschreiben, was nicht von Allen erbeten wurde. Es sollte vielmehr jenen Aebten, welche die weltlichen Oblaten einführen wollen, Zeit und Gelegenheit geboten werden, die Satzungen thatsächlich zu prüfen, um der hl. Congregation die gemachten Erfahrungen und Wünsche zu etwaigen Veränderungen vorlegen zu können, bevor die Approbation auf den ganzen Orden und auf unbeschränkte Dauer ausgedehnt würde.

4. Der Oblat opfert sich einem bestimmten Kloster und ahmt so die Ortsbeständigkeit oder Stabilität der Mönche nach; er wird zunächst Adoptivsohn des Klosters und dadurch, weil dieses selbst einer Congregation und dem Orden angehört, wird er auch Mitglied der betreffenden Congregation und des ganzen Ordens.

Es steht dem Obern, als dem Vater des Klosters zu, die Oblaten aufzunehmen; gleichwie aber der Obere für die Neulinge einen Novizenmeister, für die jungen Professoren einen Präfecten, für die Laienbrüder einen Director